

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XXVII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

Idem dist.
31. ad si.
A forte concedetur distiu. illarum
correspondens dist. virtutū mo-
ralium perficiendum volunta-
tem, vt dicitur distin. 34. patebit
ibi, sed ad propositū non est ne-
cessaria illa distin. ad hoc vt ille
duæ virtutes sint in voluntate,
immo spes est magis concupi-
scibilis accipiendo concupisce-
re strictē pro desiderare com-
modum concupiscendi absolute
enim sunt ambe ille virtutes
appetitiue theologice in concu-
piscibili, quia irascibilis non est
nata habere Deum pro imme-
diato obiecto, sicut tangit vnū
argumentum contra illam opi-
nionē rationē
Mon.
de irascibili. & tangetur infe-
rius in materia de virtutibus
moralibus.

CVM AVTEM CHRIS-
TIVS FIDEM ET
B. SPEM NON HABVE-
RIT &c.

DIST. XXVII.

QVÆSTIO VNICA.

*Vtrum sit aliqua virtus theologica
inclinans ad diligendum Deum
super omnia.*



21. 1.

Ca. 7.

IRCA distin. 27. in
qua magister agit
de charitate qua di-
ligimus Deū qua-
ritur vnum. Vtrum
sit aliqua virtus theologica in-
clinans ad diligendum Deum
super omnia. ¶ Quod non, quia
talis virtus esset quædam amicitia.
quod patet ex actu, quia eius
actus esset amare, sed secundū
philosophum. 8. Ethico. non est
amicitia ad Deum, quia Deus
incomparabiliter excedit & ta-

lis excessus secundum eum pro C
hibet amicitiam, quia amicitia
est inter aliquo modo aequales.
¶ Præterea. nulla virtus inclina-
tur in actum impossibilem ha-
benti, sed impossibile est nos ama-
re Deum super omnia. quod p-
batur dupliciter. ¶ Primo ex 9.
Ethy. Amicabilia ad alterū men-
surantur ex his quæ sunt ad ip-
sum, mensuratum aut non exce-
dit mensuram in mensuris ac-
ceptis cum perfectione. igitur
amicitia ad alterum non ex-
cedit illam quæ est ad seipsum.
¶ Secundo, quia amicitia funda-
tur super vnitatem. impossibile
autē est aliquid esse eque vnā
amanti sicut ipsemet sibi. ¶ Præ-
terea. homo sine virtute potest
diligere Deum super omnia. igitur
non est ad hoc necessaria vir-
tus theologica. probatio antee-
dentis, quia cum habitu potest, sed
habitus non dat posse simplici-
ter, quia tunc esset potentia. tū
etiam quia ex naturalibus po-
test aliquo frui & non necessa-
rio inordinate, non autem frui-
rio est ordinate circa aliud obie-
ctum a Deo, ergo &c. ¶ Præterea.
ex actibus diligendi Deum su-
per omnia frequentatis potest
acquiri habitus similis inclinans
ad diligendum Deum super om-
nia. igitur charitas non potest
in esse habenti talem habitum,
quia si sic. tunc duo habitus eius-
dem speciei inessent eidē. quod
videtur inconueniens. antee-
dens patet. quia si ex præceden-
ti ratione conuenit Deum dili-
gere ex naturalibus super om-
nia, ex talibus actibus potest ac-
quiri habitus quo conuenit sic
agere. ¶ Nec potest dici quod isti
duo habitus se comparantur. quia
sunt alterius speciei. ppter
cau-

A causas efficientes diuerfas, quia sola causa efficiens diuerfa non distinguit effectum specie. sicut per Aug. patet. 3. de trin. ca. 9. & per Amb. de incar. verbi. q. vult q. differentia originis non diuersificat speciem. patet de homine per creationem & generationem, quia Adam fuit eiusdē speciei mecum. ¶ Contra magister in litera. & Aug. de doctrina christiana. 4. & 5.

Ord. dicitur
derum do
uiculis
maxime
speculatio
ni.
IN ISTA Questione tria sunt videnda, quia enim habitus manifestantur ex actibus.

¶ Videndum est primo de illo actu qui est diligere Deum super omnia an sit rectus, ita q. ad eum possit esse virtus. ¶ Secundo de formali ratione obiecti: ipsius actus & habitus inclinantis ad ipsum. ¶ Tertio vtrum natura sine habitu infuso possit in illum. ¶ De primo dico q.

diligere Deum super omnia est actus conformis rationi natura li rectus, quia distat optimum esse summe diligendū. igitur est rectus. immo eius rectitudo est p se nota. sicut rectitudo primi principij in operabilibus. aliquid enim est summe diligendum, & non nisi summum bonum, sicut nihil aliud a summo vero est maxime tenendum vel credendum

Dei. Ma
16. 11.
tanquam verum apud intellectum. ¶ Confirmatur, quia praecepta moralia sunt de lege naturae & p consequens illud praeceptum. Diliges dominum Deum tuum, est de lege naturae. & ita naturaliter notū est hunc actū esse rectum. ¶ Ex hoc sequitur q. ad ipsum potest esse aliqua virtus inclinans, & hec theologi ca quia est circa obiectum theologicum. scilicet Deū immediate. nec hoc tantū, sed innuitur imme-

diatē primae regulae humanorū actū, & infundi potest a Deo, & sic nata est perficere supremā portionem animae, quae non per fecitissime perficitur, nisi immediate a Deo. haec virtus distincta est a fide, quia actus eius non est credere. similiter a spe, quia actus eius non est concupiscere bonum amanti in quantum est commodum amantis, sed tēdere in obiectum secundum se. etiam si per impossibile circumscriberetur ab eo commoditas eius ad amantem hanc virtutē affectiuam perficientem voluntatem in quantum habet affectionē iustitiae voco charitatē.

DE SECVNDO dico q. huius habitus obiectum posset poni Deus in se secundū rationem eius absolutā. ¶ Vel Deus in quantum bonum conueniens amanti. ¶ Vel tertio modo in quantum includit vtrūque. prout. scilicet est quoddam bonum infinitum in se, cuius amās est quaedam participatio sicut finitū est

quidam participatio infiniti. ¶ Secundum poneretur hoc modo, quia Deus & si in quantum bonum creaturae prout dat esse ei per creationem diligatur amore naturali, tamen in quantum dat ei esse beatificum diligitur amore charitatis, ideo obiectū charitatis est Deus in quantum est obiectum beatificum amantis. ¶ Tertium poneretur ppter illud quod nunc tactum est, quia non sufficit sola bonitas infinita in se, vt summe diligatur, sed oportet concurrere q. sit bonum huius in quantum participatur ab isto.

CONTRA primam viam arguitur sic, quia tunc si per impossibile esset alius Deus, esset

Vide 16.
secunda se
cunda. q.
23. ar. 4.

D

Vide 16.
secunda se
cunda. q.
62. ar. 3.
& alios
antiquos.

A ser super omnia diligendus ex charitate, quod videtur inconueniens ex se, & etiam per rationem, quia non possunt esse duo diligibilia super omnia, quia vñ super alterum diligeretur, & tñc vñum & idem diligeretur super omnia & non diligeretur. ¶ Secundo quia si ratio boni simpliciter est ratio diligibilis super omnia, igitur ratio maioris diligibilitatis, & ita quilibet tenetur magis diligere proximum, quod non videtur probabile. ¶ Secundū improbat, quia actus charitatis, qui est perfectus, respicit Deum sub perfectissima ratione diligibilitatis, nō est autem perfectissima ratio diligibilitatis in Deo, comparatio aliqua sui ad creaturam, sed aliqua ratio eius absoluta in se. absolute enim est melius in se quā posset esse. ¶ Quacunque habitudo ad alterum. ¶ Præterea, si inquantū est beatificum est principale obiectum charitatis. quæro quid est esse beatificū. aut respectus aptitudinalis, quo natus est beatificare, aut actualis quo actu beatificat. ¶ Si primo modo aptitudo non est ratio terminandi actū perfectum perfecte nisi ratione naturæ cuius est talis aptitudo sicut nec vniuersaliter aptitudo est perfectio, sed necessario complicat secum naturam cui inest. non est igitur dicendum Deum esse sic obiectum charitatis. ¶ Nec secundus modus videtur probabilis, quia illa relatio quæ est in obiecto inquantum actu beatificat, sequitur actum. non enim est differentia in obiecto inter actuale & aptitudinale, nisi quia actus est circa ipsum

elicitus. igitur hoc esset dicere quod inquantum terminat actum a charitate elicito haberet rationem formale obiecti actus. Similiter appetere bonū ut huic pertinet ad affectionem commodi secundum quam voluntas non perficitur a charitate. ¶ Præterea, beatificatio tā actualis quā aptitudinalis si dicit aliquid in Deo dicit præfinitionem rationis aptitudinalis vel actualem. nullus autem respectus rationis potest esse formalis ratio terminandi actum charitatis. ¶ Et ad hoc possunt fieri aliqua argumenta, quæ tacta sunt in præmio primi lib. q. 3. de subiecto theologie. ¶ Contra tertium arguitur, quia eundem actum non videtur duplex formalis ratio obiectiua. altera igitur illarum rationum ponetur formalis ratio terminandi actum charitatis. ¶ Et ex hoc arguitur vterius, quia illud quod est formalis ratio, quando coniungitur cum altero si per se esset, esset obiectum formale, sicut patet in alijs rationibus formalibus, puta si calor cōiūctus est ratio formalis calefaciendi, si per se esset, esset calefactum per se. igitur alterum illorū quod nunc est per se ratio obiectiua, si per se esset terminaret, & per consequens reliquum non terminaret nec modo terminat. ¶ Præterea, si aliqua creatura intellectualis esset a se. i. non ab alio effectiue. & esset de se infinita sicut imponitur philoso. 2. apho quod asserit hic de intelligentijs alijs a prima talis creatura in se posset diligere aliquid super omnia, & non aliud secundum rectā rationē nisi primam. & tñc non esset participatio primi effectiue.

QVAN.

A QUANTVM ad istum articulum dico q ratio obiectiua actus charitatis & habitus potest intelligi tripliciter. ¶ Vel prima quæ secundum se accepta nata est per se esse ratio terminandi. ¶ Vel secunda, quæ est aliqua rō præcedens actum pp q natus est actus elici circa obiectum. ¶ Vel tertia, quæ quasi cōcomitat immo sequitur ipsum actū elicitū. ¶ Prima rō est propria rō obiectiua, & nō alia stricteloquendo & hæc rō obiectiua est rō Dei in se, præcisā enim ratio huius essentia est rō formalis terminandi oēm actum & habitū theologicū, & hoc in quacunque natura intellectuali sicut tactum est in 1. q. de obiecto theologia. ¶ Quod probatur breuiter ex hoc quia potētia respiciens aliquod obiectū cōe siue in rōne motui siue in rōne termini nō potest perfectissime quietari nisi eo solo in quo est perfectissima ratio obiecti adæquati, omnis autem potentia intellectiua & volitiua respicit pro obiecto adæquato termināte totum ens. igitur in nulla natura siue creata siue increata potest perfecte quietari nisi in illa in qua est perfecta rō entitatis, tale autem est solum ens primum non sub rōne aliqua relatiua, sed sub rōne quæ est hoc ens. ergo &c. ¶ Secunda rō potest aliquo modo dici rō obiectiua actus alliciens ad amandū, nam ipsa nata est allicere aliquo modo ad amandū, & talis in proposito est rō relatiua huius naturæ ad amantem in quantum est cōueniens bonum cōicatiū sui illi. sicut. n. in nobis primo amatur aliquis pp bonum honestū, secundo quia scitur redamans,

illa redamatio in eo est vna specialis rō amabilitatis in eo alliciens ad amandā alia q pp bonū honestū, ita in Deo non sola bonitas infinita vel hæc natura vt hæc natura allicit ad amandū, sed q hæc bonitas amauerit me cōicādo se mihi, secundario hoc allicit. & in isto gradu amabilitatis potest poni omne illud in quo inuenitur ratio amabilitatis, & potest se demonstrare redamare siue creando siue reparando siue disponendo ad beatificandum, ita quod inter hoc sit distinctio nec charitatis respiciat magis vltimam quā secundam nec secundam quā primā, sed oēs sicut rationes quasdam nō solum boni honesti, sed boni cōicatiui & amantis, & ga amantis ideo digni redamari. ¶ Iuxta illud Ioa. Diligamus Deū quoniam ipse prior dilexit nos. ¶ Tertia ratio quæ est esse obiectum finiens actum non est proprie ratio formalis obiectiua, ga naturaliter sequit actū elicitū, & tamen pro quanto semper concomitatur actum, posset poni aliqua rō obiecti, & hoc modo diligitur in quantum est bonū beatificū diligētis. sicut diceretur, Deus diligit in quantum summe diligitur, qd non est ex rōne formalis obiecti, sed sequitur rōne in obiecto cōcomitatē actū. ¶ Exemplum huius diff. trimembris esset si poneretur vnum quod esset pulcherrimum visibile ex natura rei secundo q illud daret virtutē visuā oculo qua videretur tertio si esset quietans visum in quantum attingit ab oculo per actum videndi, quæ est rō formalis terminandi amorē visuum, si visus posset amare tale obiectum. ¶ Prima ratio quæ

Sco. sup. iij. Sen. S vi-

D. I. ca. c. q.

Exemplum
notabile.

A visus tendit in obiectum est prima ratio talis naturæ pro eo q̄ in tali natura est perfecte ratio obiecti adequati tali potentie quantum potest esse in aliquo. ¶ Secunda est quadam ratio alliciens ad amandum pro quanto communicatur se huic, dando potentia videndi. ¶ Tertia est ratio concomitans actum in quo perfecte quietatur visus absolute. igitur prima ratio in visu respectu amare, si posset amare, esset ratio huius naturæ minime & impropiissime ratio eius q̄ attingitur per actum. Ex quo videri sequi q̄ impropiissime dicunt dicentes Deum inquantum est obiectum beatificū esse obiectum charitatis, si intelligatur per beatificum respectū actuale, inquantum scilicet terminat respectū actus, beatificandi. Si autem intelligat respectum aptitudinalem tunc fitur argumentum est, illa non est ratio terminandi nisi quia natura est ratio terminandi.

Vide Th. DE TERTIO articulo
a. 2. q. 23.
et 1. 2. q.
56. ar. 1. ob
a. et He.
quoli. 1. q.
q. 1. 1. 2.
de gene. 8.
a. 5. b. 1. o.
59.

ponitur q natura nō sufficit ad
actum istum sine habitu infuso.
¶ Primo quia natura determinat
tur ad vnum. determinat autem
ad esse proprium appetendum
ex. 2. de generatione. igitur non
potest appetere sui non esse, &
hoc quocunque posito nisi dica
tur q determinatur ad appeten
dum sui esse tm cōditionaliter,
quod nō videtur probabile. igit
quæcunque natura intellectualis
magis determinatur ad appe
rendum se esse quam ad appetē
dum Deum esse, si non posset
vtrunque simul stare, quia ad ap
petendum se esse determinatur
tantquam ad vnum naturale, ad
cuius oppositum non potest in

clinari quacunque conditione
posita circa aliud, quia tunc non
appeteret se nisi cōditione.
¶ Præterea naturalis appetitus
non vñ esset in respectu conueni-
entis appetenti, & per conse-
quens esset primo respectu illius
cui appetitur conueniens illud,
est ipse amās, sed si esset primo
respectu eius non potest esse ma-
gis respectu alterius. ¶ Contra
hoc arguitur primo, quia pars
magis diligit esse totius quam
esset sui ipsius, quod declarat
et in maiori mundo & in mi-
nori. In maiori, quia aqua ascendit
nē fiat vacuum in vniuerso (si-
cut patet multis experimentis)
sicut patet de vinali euerlo &
candela infra posita & in multis
alijs. quod tamen est contra na-
turalem inclinationem particu-
larem huius naturæ aque, cū sit
naturaliter grauis, & per conse-
quens tedit deorsum, sed vincit,
tu ab inclinatione naturæ vni-
uersalis. saluatur enim in hoc bo-
nū totius vniuersi, scilicet conser-
nuitas vel cōtiguitas partiu eius
ad q̄ bonum, vt videtur in isto
exemplo, magis inclinatur aqua
quàm ad suum bonum particu-
lare. patet etiam in minori mun-
do, quia magis exponit se ma-
nus ad saluandum caput quam
se vel aliud membrum, tanquā
magis appetens salutem capitis
quàm aliorum. & in hoc ma-
gis quàm sui ipsius, quia salus
capitis est salus omnium mem-
brorum quantum ad operatione-
nem vite & influentias vitales.
ex hoc vitra, quālibet creatu-
ra sit participatio bonitatis
diuinæ, magis appetit esse bo-
ni Dei quam sui ipsius, & per cō-
sequens natura rationalis pote-
rit ex naturalibus magis dilige-

Ar bonum diuinum quàm aliud quodcunque. ¶ Præterea naturalis summe diligit beatitudinē, sicut colligitur ab Augu. 13. de trini. cap. 5. sed nō magis diligit beatitudinem quàm obiectum beatificū. igitur summe diligit obiectum beatificū. igitur super omnia & super se. ¶ Confirmatur, quia desperans & occidens seipsum, odit suum esse, & tamen non odit beatitudinem, quia appetit eam si possit eam habere. igitur plus amat beatitudinem & per consequens obiectum beatificum quàm seipsum.

ISTÆ RATIONES nō cogunt. ¶ Prima. non, quia exemplum illa non ostendunt propositum. solum enim ostendunt quod totū diligit magis bonum suū ipsius vel partis principalioris quā minus principalis totius. patet in primo exemplo, quia impossibile est aquam se mouere ad sursum propter quodcunque bonū vniuersi, quia ex quo habet formam naturalem quæ determinata est ad vnam actionē, illa forma manens eadem numero, nunquam potest esse ratio formalis agendi opposita actioni. ipsa igitur aqua non se mouet sursum, sed solum mouetur ab aliquo mouente extrinseco, cui est nihil confert, quantum ex natura sua. violenter igitur mouetur comparando ad propriam naturā aquæ. pars igitur illa non amat bonum totius plusquam suum, nec ex amore saluat totum, sed totum, siue virtus regitiua in toto cui attribuantur partes vniuersi, mouet quālibet partem vniuersi, sicut cōgruit bene esse totius. ex hoc igitur non habetur nisi quod to-

tum vniuersum magis diligit bene esse totius quàm bene esse proprium huius partis. ¶ Idem etiam habetur ex alio exemplo, non enim manus ex suo appetitu exponit se pro toto corpore, sed homo habet illas partes, vnam tanquam principalem, & aliam tanquam minus principalem, exponit minus principalem, quam potest amittere sine periculo totius ad saluandum totum & aliquam partem principalem, quam non potest perdere sine periculo totius, & ita potes habere in proposito quod Deus magis diligit bene esse vniuersi quam bene esse vnius vel bene esse partis principalis quàm alterius minus principalis. sed nō potes habere quod aliqua pars vniuersi magis diligit bonum alterius partis quantumcunque principalis vel totius quàm suū

esse proprium, sicut in illis exemplis pars sibi dimissa & considerata secundum inclinationem suam, nunquam exponit se ad non esse pro alio. ¶ In alio etiam peccat similitudo, quia & si verum esset quod accipitur de partibus istis, istæ sunt aliquid totius realiter in saluando totum saluant seipsas in quantum habent esse in toto, non sic autem creatura est aliquid Dei quasi partialiter. licet sit aliquid Dei vt effectus vel participans ipsum.

¶ Secunda ratio de beatitudine non concludit, quia procedit tantum de affectione cōmodi, nam inter concupita ipsi amanti beatitudo maxime concupiscitur, sed non maxime diligitur, immo illud cui concupiscitur magis diligitur sicut finis, quod est ad finem.

A ¶ Similiter ꝑ assumitur de beatitudine non est verum nisi loquendo de ipsa in vniuersali nō determinando illud in quo consistit. & ex hoc non habetur ꝑ aliquid diligat aliud a se plusquam se, quia nō determinatur ꝑ illud in quo est beatitudo sit aliud ab amante.

ISTIS IGITUR rationibus non innitendo pono alias duas rationes ad conclusionem principalem. ¶ Prima est ista, ratio naturalis ostendit naturā intellectuāli esse aliquid summe diligendum, quia in omnibus actibus & obiectis essentialiter ordinatis est aliquid supremum, & ita aliqua dilectio suprema, & ita supremum obiectum sic diligibile, ratio autem naturalis nō ostendit aliud a bono infinito esse summe

B diligendum. quia si sic, igitur charitas inclinat in oppositum eius, quod dicitur ratio recta & ita nō esset virtus. igitur dicitur solum summum bonum infinitum esse summe diligendum, & per consequens voluntas hoc potest ex puris naturalibus.

Nihil enim potest intellectus recte dictare, in quod dictatum non possit voluntas naturalis naturaliter tendere, alias voluntas esset naturaliter mala vel saltem non libera ad tendendum in quodlibet secundum illam rationem boni secundum quam ostenditur sibi ab intellectu. Et hoc est quod arguitur in speciali de angelis, quia in statu innocentie non fuerunt non recti, quia tunc non potuerunt habere actum perfectum, potuerunt autem de se habere aliquem actum elis, nā, & supponendum est quod habuerūt,

& hoc rectum, & non potuit esse aliquis actus rectus diligendo se super omnia. ergo.

¶ Præterea. ¶ Ethic. vult Philosophus quod fortis politicus secundum rectam rationem de se non recipit. philosophus tamen non poneret talem habiturum aliquod præmium post hanc vitam. sicut patet ex multis locis, in quibus dubitat animam esse immortalem, & magis videtur declinare ad partem negatiuam saltem si quilibet sequendo rationem naturalem dubitat de vita futura, propter eam de qua dubitat nullus debet exponere se morti, sed si debet exponere se, hoc est, quia in nō exponendo est certissima amissio boni virtutis, ergo circumscripto omni præmio futuro, hoc est consonum recte rationi ut fortis politicus velit se nō esse ne pereat bonum recipere. sicut autem rectam rationem magis est diligendum bonū diuinū quam bonū alicuius particularis. igitur sicut rectam rationem quilibet debet velle se non esse ꝑ bonum diuinum. ¶ Dicitur ꝑ fortis in exponendo se morti propter bonum virtutis experitur maximū bonū virtutis & maximā delectationē, & ꝑ hæc bona licet breuia debet eligere talem actum, melior est enim vnus actus excellens quam quotcunque remissi, in hoc igitur fortis politicus non eligit suum non esse, sed optimū esse sicut virtutis, quia sicut rectam rationem magis est eligendum non carere vno actu virtutis quam nō carere multis alijs modis. ¶ Contra hoc, simpliciter magis amatur illud, pro cuius salute vult aliud

Aliud non esse, vel cui ne male sit, volo aliud non esse, q̄ illud aliud, quod volo pp̄ ipsum non esse, sed talis fortis ne male sit reip. vult se & actum virtutis non esse. igitur simpliciter magis diligit bonum publicum, quod vult saluari, quam se vel actum virtutis pro cuius salute non se exponit, sed pro salute reip. & ita stat argumentum.

¶ Additur quædam persuasio theologia, quia si nullus potest habere actum virtutis perfectū diligendi Deum super omnia ex puris naturalibus. igitur qui inueniret se primum ad talem actum, posset scire se esse in charitate, quia sine charitate nō est talis prinitas. consequens est falsum, ergo.

QUANTVM ad illum articulum propter istas duas rationes de conformitate voluntatis & rationis rectæ, & de forti politico concedo conclusionem quod ex puris naturalibus potest quæcunque voluntas saltem in statu naturæ instituta diligere Deum super omnia.

¶ Ad cuius declarationem.

¶ Primo expono qualiter sit intelligendum illud super omnia. ¶ Secundo qualiter ad hoc teneatur creatura naturalis.

¶ Tertio, q̄ hoc non obstat habitus charitatis est necessarius, & ad quid.

DE PRIMO dico quod illud super omnia potest intelligi extenſiue, puta quod plus diligit Deum quam omnia alia, & citius vellet omnia alia non esse quam Deum non esse.

¶ Et intensiue, puta ex maiori affectu vult Deo bene esse quā alicui alteri. De primo membro conceditur communiter quod

nihil aliud a Deo nec omnia simul sunt æque apprecianda sicut Deus. De secundo ponitur vna distinctio. quod amor excedit amorem. ¶ Vel quia feruentior siue tenerior. Vel quia fortior siue firmior, & dicuntur isti amores sese excedere sicut mater dicitur tenerius & ardentius diligere filium, pater vero fortius & firmius, quia maiori periculo se exponeret pro amore filij. Hoc modo dicitur quod dilectio Dei debet esse super omnia quantum ad firmitatē, ne scilicet aliquid aliud possit ab hoc euellere, sed non oportet quod sit super omnia quantum ad feruorem & teneritudinem & dulcedinem, quia aliqui inueniunt se quis feruentius diligere creaturam quam alias Deum.

¶ Confirmat hoc, quia si posset pro statu isto utroque modo diligere Deum super omnia, igitur posset implere illud præceptum Dei. 6. di. do. de. tu. &c. cuius oppositum habetur in littera a magistro & Aug. & Ansel. qui nolant q̄ hoc præceptum sit, nec q̄ teneamur illud implere, sed quod implebimus.

¶ Contra istam distinc. arguitur, quia solum hoc magis diligitur quod firmius diligitur. hoc enim magis diligo cui minus volo malum accidere, & pro cuius bono saluando magis me expono ex amore, quia exponere sequitur amorem, & hoc loquendo de amore qui est actus voluntatis, non de illo qui est passio appetitus sensitui, & si aliqui igitur dicantur diligere feruentius vel tenerius, tamen firmius non diligunt, hoc non est ex aliquo excessu amo-

Quare

Henr. dr
alios ante
quos hic
et vv. pra
cipue ubi
que.

Aris intellectui in eis, sed forte alicuius passionis amoris sensitui. Sicut aliqui qui dicuntur deuoti sentiunt aliquam maiorem dulcedinē quam alij multo solidiores in amore Dei, qui centuplum promptius sustinent martyrium. Nec dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quædam actui retributa, quia Deus, allicit & nutrit paruulos ne deficiant in via.

¶ Dico igitur quod illud super omnia debet intelligi utroque modo. sicut enim teneor diligere Deum super oia alia extensiuē, ita etiam maiori affectu quā aliqd aliud, & dico maiori simpliciter, quia. s. magis repugnat effectui opposito, quia facilius posset inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscunque alterius quā Dei. ¶ Quod

B additur de illo præcepto, non valet, quia pari ratione fuissetandum præceptū de visione Dei non ut impleteretur, sed ut sciremus quomodo esset tenendum, cuius oppositum satis patet.

¶ Dico igitur illud præceptum extensiuē & extensiuē s. in viam prædictam pōt impleri in via, sed non quantū ad oēs cōditiones q̄ exponuntur per illas additiones ex toto corde, & ex tota aīa &c. quia non potest esse in vita ista tanta recollectio viriū ut amotis impedimentis possit voluntas tāto conatu ferri, quāto posset si vires essent vnite, & non impedire, & quo ad talē intensionē actus expulsus impedimentis, & recollectis virib. dēt intelligi dictū Aug. & magistri ¶ pceptū illud non impletur in via, nam pronitas viriū inferiorum pro statu isto impedit superiores ab actibus perfectis.

QUANTVM ad secundū dico, quod illud præceptum affirmatiuum, Deutero. 6. & Mar. 22. di. do. de. tu. &c. non tantum obligat semper ad oppositum fugiendum, ne. s. insit actus odij, sed obligat pro aliquando ad actum elicitem, quia ille actus est circa finem, ex cuius bonitate descendit omnis bonitas moralis in actibus qui sunt ad finem. sicut igitur hō tenet habere aliquē actum virtuosum, ita tenetur habere aliquem actum illius præcepti circa finem grauitate diligendum. qñ autem sit hoc forte determinauit hoc illud præceptum diuinū, sanctificā sabbatum, & maneat vnusquisque apud se. i. recolligendo se & ascendendo ad Deū suum. Et ecclesia specificauit quantū ad missam audiendā in die dominico. de consē. dist. 2. c. missas. D non est autem simile de præcepto diligendi proximū, sicut patebit dist. sequenti.

DE TERTIO dico sicut dictum est dist. 17. primi lib. q̄ ille habitus charitatis quantum ad substantiam actus dat aliquam intensionem viteriorem, quam eadem potentia & ex equali conatu dare non posset actui suo, & quanto potentia creata est perfectior, tanto plus deficit in actu, si non habeat charitatem correspondentem. sibi secundum proportionem, dico Arithmetica, quia s. geometrica est equalitas. quantum enim deficit voluntas minor, si non hēt charitatē sibi proportionabilem, tū deficit voluntas maior geometrica, si non habeat charitatem sibi proportionabilem. Quantū vero ad illam circumstantiā actus quæ est esse acceptum

A prum Deo, dictum est in primo ibi supra, qd hoc est a charitate principaliter, & minus principaliter a voluntate vniformiter. igitur sicut ibi dictū est de necessitate habituum pp actus & precipue charitatis quantum ad aliquid quod est de circumstantia actus, quantum aut ad substantiam actus dico sicut dictū est illic. ¶ Quantum est ad hanc conditionē habitus. s. qd ipse sit infusus. Dico sicut prius dictum est de fide & spe qd non pōt probari per rōnem naturalem esse tales habitus infusos, sed solum fide tenetur, & congruitas bona apparet, quia quantum ad actus circa Deum immediate probabile est quod non possit perfectissime percipi. Suprema portio nisi immediate a Deo.

B AD PRIMVM argumentum principale, concedo qd charitas proprie potest dici amicitia, licet non oīno accipiendo amicitia stricte sicut accipit philosophus ibi, sed aliquantulum extendendo, sicut fm intentionē eius ad Deū est aliquid excellentius amicitia, illa n. excellentia obiecti non tollit qd est perfectionis in obiecto, sed illud qd est imperfectionis. hōne fitas quippe in diligibili & redamatio in dilecto sunt conditiones per se in diligibili, non quide est imperfectionis, immo non esset perfectior si nō redamaret, sed æqualitas in istis est conditio concomitans, Deus autē hēt honestatē & redamationē sicut amationē, & excellentius pōt esse amicitia ad ipsum, ita ut dicatur superamicitia. ¶ Et si arguitur qd æqualitas est rō amicitia. ¶ Verum est supposita ho-

nestate, quæ est prima rō amabilis, æqualitas aut est rō amicitie stricte sumptæ, sed excellentia est rō habitus magis similis vel perfectioris quā sit amicitia, talē in proposito voco charitatem. ¶ Ad secundo dico, qd non solū ex charitate pōt Deus super oīa diligī, sed ex naturalibus saltem in statu naturæ institutæ. ¶ Et ad illud principium phi. di. 9. ethi. Dico quod debet intelligi quantum ad innotescētiā, innotescit quippe amicitia ad alterū quando appeto alteri similia his quæ mihi, sed non quantum ad per se rōnē quāsi non sit alia amicitia, in amicitia tamen stricte accepta quæ est inter æquales, ibi siquidem amicitia ad se est mensura amicitie ad alterū, & non econuerso. ¶ Et cum arguitur ibi de vnitatē. Dico qd duæ conditiones concurrunt in obiecto amabili. s. vnitās & bonitas, & licet vnitās quandoque superet vnitatem, tamē bonitas ex alia parte recompensat. ¶ Ad tertium concedo conclusionē, nec tñ superfluit charitas ut dictū est. ¶ Ad quartū dico qd non potest acquiri ex actib. aliquis habitus eiusdem speciei cum charitate, licet possit acquiri alia qua amicitia tendens in Deum sub eadem rōne obiecti, & est p actum similem, quia super omnia diligendo, quæcunque enī natura nō potest esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei cum efficiente alterius, non est eiusdem speciei cum illa alia, sicut est in proposito.

AD DVO ARGUMENTA. pro primo membro in articulo de obiecto formali charitatis.

¶ Ad primum dico, quod illa positio duorum decorum de-

Astruit naturam charitatis, quicūque enim habitus ex se tendit in vnum ponere ipsum tendere in plura est ponere ipsum non esse ipsum, sicut si aliquis habitus proprius simpliciter primi principij poneretur esse alterius primi principij, esse ponere hunc habitum esse huius obiecti vt proprii & non proprii, ita dico in proposito, quod plures esse deos includit vtrumque esse diligendum ex charitate & neutrum.

¶ Ad aliud dico, quod nō est simile de magis & minus in aliquo ordine, & de supremo in illo ordine quo ad omne extrinsecum operans circa illa illius ordinis, potest enim operatio aliquis necessario requirente supremum, vt sit perfectissima, & tamen non necessario habet

Bordinem ad alia ordinata in illo ordine. Exemplum in coloribus non potest esse perfectissima visio nisi perfectissimi coloris, & tamen non oportet necessario, quod sit perfectior visio circa colorem propinquiorē illi, & ratio est, quia ratio quietationis ex parte perfectissimi coloris est ratio totalis eius quā in alio est diminute, & ideo licet in proposito vnum aliquale ter excellat alterum, in nullo tamen est ratio quietandi, licet potentia naturaliter sit libera, licet ergo solum infinitum bonum quietet voluntatē, & hoc inquantum infinitum bonum, non tamen oportet quodlibet bonum finitum secundum gradum suum in bonitate magis & minus quietare, quia isti gradus sunt accidentales per comparisonem ad extrinsecum quietandum.

**HIC POTEST QUÆRI
VTRVM ILLO MAN-
DATO &c.**

DISTIN. XXVIII.

QVÆSTIO VNICA.

*Vtrum eodem habitu sit diligendus
proximus, quo diligitur Deus.*



In ista. 28. dist. in qua magister agit de diligendis ex charitate. ¶ Vtrum sit vnum, & vtrum scilicet eodem habitu sit diligendus proximus quo diligitur Deus. Quod non, quia vnus habitus est vnum obiectum for male, in Deo autem & proximo est alia & alia ratio formalis bonitatis.

¶ Præterea, ille habitus quo diligitur Deus est habitus theologicus, igitur respicit solum Deum pro obiecto, non autem aliquid creatum. ¶ Respondet, quod hoc verum est, principaliter tamen respicit aliud, prout attribuitur ipsi Deo. ¶ Contra. si attributio sufficeret, igitur osium posset esse vnus habitus intellectualis, & et appetitiuus, quia omnia attribuitur ad vnum, si militer omnes virtutes morales attribuantur ad vnum. scilicet felicitatem, tanquam ad per se appetibile. ¶ Præterea. ad principale aliud est habitus principij, & conclusionis, igitur similiter in appetitiuis aliud est habitus finis, & eius quod est ad finem. charitas est finis. ergo &c.

¶ Contra. 1. can. 10. 4. ca. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

HIC